



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten ist, was vom Monath Junio des Jahrs 1648. biß zu dem, im Jahr 1649. völlig erfolgten Schluß und Ende des Universal-Friedens-Congressus zu Oßnabrück und Münster, gehandelt und geschlossen worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1736

VD18 90103165

N. II. Formula der Schwedischen Ratification.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53029](#)

1648
Julius.

(tit.) pientissimæ & glorioſiſſimæ memoriae: Deinde inter Nos, Sociosque nostros ab una parte, & Serenissimum quondam Principem, Dominum Gustavum Adolphum (ſat tit.) ac post eius e vita diſceſſum, inter Serenissimum ac Potentissimum Principem, Dominum Christinam, Suecorum, Gothorum & Vandalorum Reginam & Principem hereditariam, magnam Principem Finlandiæ, Ducem Estoniae & Careliae, Ingræque Dominae, ejusque Conſederatos & adherentes ex altera parte, non ſine multa ſanguinis Christiani profuſione & multarum Germaniæ Provinciarum defolatiōne, armis fatis vehementer decertatum ſit, tandem iſtituto ea de re, juxta Conventionem Hamburgi die 15. Decembris Anno Domini 1641. initam, partium utrinque belligerantium Osnabrugis Westphalorum Congressu, poſt longos & laboriosos Tractatus inter Nos & Sacrum Romanum Imperium noſtramque Domum Austriae, tum prædictam Reginam Regnumque Sueciae, per nos trahimus ab utraque Pace huic Congressui destinatos Legatos & Plenipotentiarios, aſſiſtentibus & ſuffragantibus noſtrorum ac Sacri Romani Imperii fidelium Electorum, Principum & Statuum Plenipotentiariis & Deputatis ad hoc per Nos ſpecialiter evocatis & requiſitiſ, divina favente clementia Pacem & Amicitiam coniugiam & ad Ratificationem noſtram perfectam eſſe forma, modo ac tenore ſequenti &c.

,, Inſeratur totum Instrumentum.

Cum igitur haec omnia & ſingula per Nostros Legatos & Plenipotentiarios ſupra memoratos, noſtro praeficto, iuſtu & Mandato ad modum, prout hic verbo tenus iſerta & deſcripta leguntur, geſta, peracta & conuentata ſint; Nos eadem omnia & ſingula, præhabita matura & diligenti conſideratione, ex certa noſtra Scientia approbamus, ratificamus & confirmamus, rataque & firma fore & eſſe, virtute preſentium declaramus, ſimilque verbo Imperiali promittimus pro Nobis, noſtrisque Succesſoribus & Imperio Romano toraque Austriae Domo, Nos omnes & ſingulos ſupra deſcriptos Articulos, & quicquid tota hac Pacis Conventione continentur, firmiter conſtanter ac inviolabiliter ſervatuſos atque executioni mandaturos, nulla que ratione vel per Nos vel per alios ullo unquam tempore contraventuros, aut ut per alios contraveniatur paſſuros, quomodo cumque id fieri poſſit, omni dolo & fraude exclusis. In horum omnium testimonium & fidem Sigillum noſtrum Cæſareum majus huic Diplomati appendi fecimus.

N. II.

Diſtat. Oſnabrug. d. 28. Julii, Anno
1648. per Mogunt.

Formula Ratificationis ex parte Corone Sueciae.

N. II.
Formula der
Schwedischen
Ratification.

Nos CHRISTINA Dei Gratia, Suecorum, Gothorum, Vandalorumque Regina & Princeps hereditaria, Magna Princeps Finlandiæ, Dux Estoniae & Careliae, Ingræque Domina, universis & ſingulis, quorum interest aut quomodolibet intereſſe poſteſt, notum testatumque facimus; Poſtquam à multo jam tempore prium inter diuum Parentem noſtrum, Serenissimum ac Potentissimum Principem, Dominum Gustavum Adolphum, Suecorum &c. Regem &c. Dominum pientissimæ ac glorioſiſſimæ recordationis; Deinde etiam inter Nos Regnumque Sueciae, ac Socios Nostros, ab una parte, & Serenissimum quondam ac Potentissimum Principem, Dominum Ferdinandum II. Romanorum Electum Imperatorem Germaniæ &c. (tot. tit.) ac poſt eius e vita diſceſſum inter modernum ejusdem Nominis, Serenissimum ac Potentissimum Principe, Dominum Ferdinandum Tertium, itidem Romanorum

1648
Julius.

1648. Julius. norum Electum Imperatorem (sicut integer tit.) ejusque Confœderatos & adhærentes ex altera parte, non sine multa Christiani sanguinis profusione & multarum Germanicæ Provinciarum desolatione, armis satis vehementer decertatum sit, tandem instituto ea de re, juxta Conventionem Hamburgi die 15. Decembr. Anno Domini 1641. initam, partium utrinque belligerantium Osnabrugis Westphalorum Congressu, post longos & laboriosos Tractatus inter Nos Regnumque nostrum, tum prædictum Imperatorem & Sacrum Romanum Imperium Domumque Austriacam, per utrinque destinatos huic Congressui Legatos & Plenipotentiarios, divina favente clementia Pacem & Amicitiam conclusam & ad Ratificationem nostram perfectam esse formam, modo ac tenore sequenti.

,, Inseratur Instrumentum Pacis.

Cum igitur hæc omnia & singula per nostros Legatos & Plenipotentiarios &c. sic in dem nechsi vorhergehenden usque ad: aut ut per alios contraveniatur passuros, quomodocunque id fieri possit, omni dolo & fraude exclusis. In horum omnium testimonium & fidem Sigillum nostrum Regium majus huic Diplomati appendi jussimus &c.

N. III.

Dicitur, Osnabr. d. 28. Julii A. 1648.

per Magunt.

Formula Ratificationis ex parte Statuum Imperii.

N. III. Nos, N. N. (*titulus*) Universis & singulis, quorum interest, aut quomodolibet interesse potest, constare volumus, Nos ab aliquot Annis à Serenissimo ac Potentissimo Principe ac Domino, Domino FERDINANDO III. Reichsstat. (tot. tit.) Domino nostro Clementissimo, nec non Serenissima ac Potentissima Principe ac Domina, Domina CHRISTINA, Suecorum, Gothorum & Vandalorum Regina. (tot. tit.) Consanguinea nostra honoratissima, ab altera Parte, benevolè invitatos esse, ut ad institutum ab iis Osnabrugis & Monasterii in Westphalia Tractatum Pacis Consiliaricos & Legatos nostros mitteremus, considerantes igitur rei tanta necessitatim missimus co N. N. tit. cum Mandatis & Potestate, ut nomine locoque nostro Conventui interesset, omnes & singulas propositiones exciperet, cum eceteris Electoribus, Principibus & Statibus Imperii desuper consultaret, Vota & suffragia ferret, ea que omnia ageret & statueret, quæ funesto huic bello componendo Pacique reducendæ ac stabiliendæ conducere posse viderentur. Tractatu itaque per Dei gratiam eo usque perducta, ut a Cæsareis & Regiis Ordinumque Imperii & nostris, respective Plenipotentiariis, Legatis & Deputatis convenit in Articulos septemdecim (quorum primus incipit, si Pax Christiana, universalis, perpetua &c. ultimus definit in verba, Helvetii, Rhetiique & Princeps Transylvaniae &c.) publico comprehensos Instrumento, quod & à partium Commissariis, sub committentium rato, subscriptum & signatum est die - - Menis - - hujus Anni - - Idecirco Nos pro jure Nobis una cum ceteris Imperii Statibus competente, dictum Instrumentum eoque contentam Pacis conventionem de verbo ad verbum accurate perlecta, diligenter examinata, considerata & persensa pro Nobis, hæredibus ac Successoribus nostris, virtute harum, in omnibus & singulis suis Articulis, Paragraphis, Punctis & Clausulis, omni meliori modo ita approbamus, ratibabemus & confirmamus, ac si de litera ad literam expresse hic inserta essent: Verbo Principaliter spondentes & promittentes pro Nobis, nostrisque hæredibus ac successoribus, Nos omnes & singulos ejus Articulos, & quicquid tota illa Pacis Conventione continetur, firmiter, constanter Sechster Theil.